Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Deus qui nos phuc sacrificij uenerandi commercio unius summeque diuitatis participes effecisti presta quesumus: ut sicut tuam cognoscimus uitatem: sic eam digni mentibus et moribus assequamur per dominum

Tollite hostias et introite in atria eius adorate dominum in aula sancta eius

Comm. Gratias tibi domine quia refecisti nos sacro munere uegetati: tuam uiam deprecantes ut digni nos eius participatione efficias per

Fratres Os nostrum patet ad uos o corinthij: cor uestrum dilatatum est Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in uisceribus uestris Eandem autem habentes remunerationem tanquam filijs dico dilatamini et uos: et nolite iugum ducere cum infidelibus Que enim participatio iustitiae cum iniquitate Aut quae societas lucis ad tenebras Quae autem conuentio christi ad belial Aut quae pars fideli cum infideli Qui autem consensus templo dei cum idolis Vos enim estis templum dei Hi. t. Dixit dominus secundum matheum. simile parabolam hanc Simile est regnum celorum homini: qui seminauit bonum semen in agro suo Cum autem dormirent homines: uenit inimicus eius et superseminauit zizania in medio tritici et abiit Cum autem crescisset herba et fructum fecisset: tunc apparuerunt et zizania Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo Unde ergo habet zizania Et ait illis Inimicus homo hoc fecit Seruj autem dixerunt ei Vis imus et colligimus ea Et ait Non: ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cum eis et triticum

Sunte